



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 59. Aliæ censuræ ejusdem Facultatis Parisinæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Sæcul. XVI.  
A.C. 1560.

quæ videnda, & consideranda erant, pronuntiabat dictum fratrem Adrianum in consortium dictæ facultatis non admittendum, prout eum non recipit, nec admittit, illum tamen fraterne hortatur, ut ad Conventum suum se conferat, ibidemque sancte, & Religiose conversetur, ut ejus conversationem omnes possint imitari, sicque contra eum jure exorta sinistra suspicio, quæ de eo ob Religionem fuit concepta, omnino sopiaitur: porro jam alibi ipsas retulimus propositiones, propter quas hic Doctor a Facultate fuit proscriptus.

Vid. lib.  
CXLII.  
§. 15.

Argent.  
pag. 289.

§. LIX,  
*Alicet ejusdem Facultatis censura.*

Eadem Facultas die vigesima sexta Mensis Octobris quinque alias damnabat propositiones, quæ a Guilielmo Bosseto Bisuntinæ Ecclesiæ Canonico ad Facultatem fuerunt delatae, & mysterium Sanctissimæ Trinitatis, Sacramentorum necessitatem, fidemque Catholicam concernebant, earumque prima erat hæc: *Julius Cæsar æque perfectus erat, ac Christus Dominus.* Censura: hæc propositio est impia: blasphemæ, hæretica, & abominanda.

II. Sanctissima Trinitas est veluti subligaculum, quod ex triplici sutura compositum nonnisi unicam uestem efficit.

cit. Censura: Hæc propositio adeo est Sæcul. XVI.  
inipia, & in Sanctam trinitatem blasphema, A.C. 1560.  
ut prorsus sit execranda & nefanda.

III. Non requiritur Baptismus in infantibus. Censura: Hæc propositio est vehementer suspecta de hæresi negantium Baptismum parvulis esse ad salutem necessarium.

IV. Contemnenda est confessio, communio, & adoratio Corporis Christi. Censura: *Hic contemptus Sacramenti Confessionis, & susceptionis Corporis Christi, nec non adorationis ejusdem, consideratis hisce circumstantiis, indicat hujusmodi hominem esse hæreticum, & Sacramentarium.*

V. Agit de fide, & Inquisitorum censuris, quibus quædam propositio-nes tanquam erroneæ, & hæreticæ damnabantur; verum hæc propositio sine censura fuit relata, eoquod de Authoris sensu, ac mente haud constaret.

Postmodum in eadem Congregatio-ne oblatus est prædictæ Facultati ali-quis liber, qui inscribitur: *Polygraphia Joannis Trithemii*, hujusque libri con-demnatio petebatur, atque audita su-per hoc deliberatione Facultatis, con-clusum fuit, eoquod Gallico sermone conscriptus esset dictus liber, nihil ad facultatem attineret.

Ceterum hic Trithemius Monasterii Spanheimensis Abbas erat ex Ordine

*Hist. Eccles. Tom. XLIII. Tt S.B.*

**Sæcul. XVI.** S. Benedicti in Moguntina Dicecesi:  
A.C. 1560. postea vero Herbipoli ad D. Jacobum in  
 Abbatem eligebatur, eratque vir scien-  
 tiis tam divinis, quam humanis cla-  
 rissimus, qui præter alias tractatus scri-  
 psit librum de illustrioribus Scriptori-  
 bus Ecclesiasticis, quorum octingentos,  
 ac septuaginta recenset: insuper elucu-  
 bravit alium etiam Catalogum de ce-  
 lebrioribus Germaniæ Viris, ac deni-  
 que tertium de Ordinis S. Benedicti  
 Religiosis. Ceterum propter sex suos  
 libros de Polygraphia, & alium de Ste-  
 ganographia de Magia suspectus habe-  
 batur, quinimo per summam injuriam  
 spargebant nonnulli, quod commercium  
 cum dæmone habuerit.

## §. LX.

*Universitatis postulata in Concilio  
 Tridentino, & Aurelianensi con-  
 ventu exponenda.*

Die secunda Novembris Parisina Uni-  
 versitas in Collegio Lexoviensi con-  
 gregata decrevit, ut ex singulis ordinis  
 bus duo vel tres una cum Rectore & Na-  
 tionum Procuratoribus mitterentur  
 ad Episcopum Parisiensem, nam hic ad  
 ipsam scripserat literas, quibus ea invita-  
 batur ad Concilium generale tridenti-  
 num, & ad comitia trium ordinum  
 Regni